



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 13. Gregorius se defendit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

## §. XII.

Sæcul. XV.  
A. G. 1480.*Benedictus fugit.*

Interim Universitas, seu potius Doctores quidam privato nomine suo induxerant Regem, ut exarari plures juberet epistolas, & unam quidem ad Bucicatum Genuæ Gubernatorem, ut Petrum *Libert. p.* Lunium, si posset, caperet. Nam cum hic anno 1402 Avenione libertatem reciperet, <sup>Sup. l. 90.</sup> <sub>S. 40.</sub> ille mandatum habuit, ut duceret eum, ac reduceret, donec cum æmulo junxit pacem. Bucicaltus Lunium compre- *Labour.* hendi jufferat, & asservari, ut ne iret ex- *v. 645.* <sub>Ms. p. 218.</sub> tra terras Regi obnoxias. At Lunius re comperta tremibus suis, quas semper armatas tenebat, se commisit; ac Genuensem littora per menses duos circumventus, postquam in patriam suam Cataloniae transierat, Perpinianum urbem in confinio Arragoniae, ac Franciae sitam petiit, hoc tuto in loco procellæ finem expectaturus.

## §. XIII.

*Gregorius se defendit.*

Angelus Corrarius Lucæ continenter commorans studebat suam agendi rationem purgare scripto fusissimo, quod esset responsio ad tabulas appellationis Romanorum Cardinalium. Negat ibi <sup>Rayn. v. 9.</sup> <sub>10. &c.</sub> *Hist. Ecclesiast. Tom. XXIV.* Rr res

Sæcul. XV. res odiosiores, veluti voluntatem illos  
A. C. 1408. enecandi: sed arguit eos seditiose con-  
spirationis cum inimicis suis, inter alios  
cum Rege Ladislao, qui ad dominatum  
Romæ aspiraret. Et vero urbem 8 Maji  
hoc anno ingressum Romani tam honori-  
fice receperant, quam si venisset Impera-  
tor. Angelus Corrarius perhibet novo-  
rum Cardinalium creationem sibi opus fu-  
isse ad muniendum se contra rebelles,  
quos novi schismatis accusat. Dabat 12  
Junii.

*Rayn. n. 5.  
Labyr. p.  
332.*

Undecimo Calendas Julias edebat lit-  
teras Christianis inscriptas omnibus; ubi  
ait procedentem jam belle concordiam  
turbatam esse malis quorumdam machi-  
nis se pontificatu dejici unice cupientium.  
Petrumque Lunium Bucicalti ope potiri  
Roma velle. Conqueritur calumnias to-  
tum per orbem contra se sparsas: deni-  
que asseverat iterum, se solam concor-  
diam desiderare.

### §. XIV. *Litteræ Cardinalium concilium indi- centium.*

Cardinales Petri Lunii octo aut novem  
numero adierant diversa loca præ-  
textam per causam fruendi cælo liberio-  
re, donec calores æstivi se frangerent,  
At cum se a suo Papa destitutos cernerent,

jun-